Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

et sepelierunt eum in ramatha urbe sua. Et
saul abstulit magos et ariolos de terra.
et interfecit eos qui phytones in uentre habe-
bant. Congregatique sunt phylistiim et
uenerunt castraque metati sunt in sunam. T.
Congregauit autem saul omnem Fer. iij.
israhel et uenit in montem gelboe.
Cum autem saul castra phylistinorum uideret et ex-
timuit et expauit cor eius nimis. Consu-
lutque dnm. et non rndit ei neque per somnia.
neque per sacerdotes. neque per prophetas. Dixit itaque saul ad seruos suos.
Querite mi mulierem habentem phytonem ut
uadam ad eam et suscitabor per illam. Tu-
Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier
habens phytonem in endor. Mutauit ergo habitum
suum saul. et uestitus aliis uestimentis abiit
per et duo uiri cum eo. uenerunque ad mulierem
nocte. Dixitque saul. Diuina mihi in phytone
et suscita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier
ad eum. Ecce tu nosti quanta fecit saul. et
quomodo erasserit magos et ariolos de terra.
Quare quesis insidiaris anime mee ut occidas me. T.

57.
(292.)